



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum

Arles y Andosilla, Martin de

Romæ, 1559

Qu[a]erit vnde prouenit quod foemin[a]e in maiori numero reperiantur  
superstitios[a]e quam viri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29941**

TRACTATUS

& viam ad hereses & idolatriam aperit.  
 Nam articulus est Parisiensis inter alios  
 primo de erroribus circa artem magi-  
 cam quam ponit Iohannes gerson prima  
 parte quod per artes magicas & malefi-  
 cia & inuocationes nepharias querere  
 familiaritates & auxilia demonum cum  
 sit ydolatria. Error.

Querit vnde prouenit quod femi-  
 ne in maiori numero reperi-  
 antur superstitiose  
 quam viri.

**N**unc querendum est vnde proue-  
 nit quod femine in maiori nu-  
 mero reperiuntur superstitiose &  
 malefice quam viri. Ad quod respondet  
 primo magister Iohan. nider in suo pre-  
 ceptorio quod triplici de causa. Primo  
 quia prompte sunt ad credendum. Fi-  
 dem autem malam demon principaliter  
 querit. vnde Ecclesi. xix. Qui cito credit  
 leuis

## DE SUPERSTITIONIBVS. 64

leuis est corde. Secundo quia natura propter fluxibilitatē complexionis facilioris sunt impressionis ad reuelationes capiēdum per impressionē separatorum spiritu<sup>um</sup> vt dicit Guilmus lugdun. quia complexione dum bene vtuntur multum bonę sunt: dum male peiores sūt. Tertio quia linguā lubricā habēt & ea que mala arte sciunt. eis cōparibus fæminis vix celare possunt. seque occulte (cum vires nō habent) per maleficia vindicare que runt faciliter Vnde Ecclesia. xxv. Commorari leoni & draconi minus nocebit quā habitare cū muliere nequam. breuis oīs malicia super maliciam mulieris. Hec nider. et Ioā. gerson cōtra superstitiosā obseruationē dierū dicit: quod vetulæ: pueri: & puellæ: & idiote proniores sunt ad tales superstitiones credendum & obseruādum vnde ortum habuit illud epithetum, vetulę fortilegę.

Queritur vnde prouenit q̄ res predite vel sūratæ quas querunt simplices cōcūretes ad nigromāticos ī speculis & stalis siue vnguibus maleficorum. & cur malefici ad sua maleficia potius recipiunt virgines mares vel feminas q̄m cōruptos: & vnde isti nigromāti ci vt plurimū turpes habeāt aspectus.